Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Mittit ad virginem non quemuis angelum sed fortitudinem
suam archangelum amator hominis Fortem expediat
pro nobis nuncium nature faciat ut preiudicium in partu virginis
Naturam superat natus rex glorie regnat et imperat et zima scorie
tollit de medio Superbiencium terat fastidia colla sublimium
calcat vi propria potens in prelio Foras eiciat mundanum prin
cipem matrem ex faciat secum participem patris imperij Ori qui
mitteris hec dona disseres reuela veteris velamen littere virtute mun
ci Accede nuncia dic Aue communis dic plena gracia dic tecum dns
et dic ne timeas Virgo suscipias dei depositum in quo perficias castum
propositum et votum teneas Audit et suscipit puella nuncium
credit et concipit et parit filium sed admirabilem Consiliarium
humani generis et deum forcium et patrem posteris in fine stabilem
Qui nobis tribuat pectati veniam reatus diluat et donet patriam
in arce siderum · Tempore pascali Sequencia

Mundi renouacio noua parit gaudia resurgenti dno conresurgunt
oia elementa seruiunt et auctoris sentiunt quanta sint solemnia
Ignis volat mobilis et aer volubilis fluit aqua labilis terra manet
stabilis alta petunt leuia centrum tenet grauia renouat oia Celum
fit serenius et mare tranquillius spirat aula lemus vallis nra floruit
reuiuiscunt arida recalescunt frigida quando rex inrepuit Celum mortis
solutus primeps mdi tollitur et eius destruitur in nobis imperium
dum tenere voluit in quo nichil habuit ius amisit propriu Iam
prebet facilem cherubim versatilem vt deus promiserat amouendo gladiu
Vita mortem superat homo iam recuperat quod prius amiserat
paradisi gaudium De beata virgine tempore pascali Sequencia

Mundi restauracio fit per inita gracia stupet mentis racio ergo
dulcis maria Celo salutat et verbo fecundatur quis persensit
talia Conceptus inirabilis nature contrarius partus laudabilis qd
hoc fetu sanctius Aaron virga frondiuit nec radicata fuit quid hoc fru
ctu dulcius Natus inirabiliter contra naturalia surgerit agiliter
et cum eo agmina surgerent pariter scor celestia gaude ergo maria Ob
a malis surgere ad supna erige sursum q sit sapere ad virtutes dirigi postu
les a filio nob hoc exilio rosa iuncta lilio Secura mostra via celeste ad pa
triam q duc hac resera quam eua reluserat Ne malignum emuli illam ut latrun
culi preludant quam mors tui nati reseruauerat An-ler-